



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 53. Decimæ in usus profanos aversæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-66305)

ipsam, tum per maritum liberosque tuos. **Sæcul.XIV.**  
Sed id confessionis consilium effectu ca- **A.C.1337.**  
ruit, quia Latini, cum inter se disside- **" 34.**  
rent, haud poterant Græcis mittere sub-  
sidia contra Turcas promissa. Hoc enim **¶.Vill.l.II.**  
anno 1337 coepit longum fune- **c. 68.**  
stumque bellum inter Venetos ac Ge-  
nuenses.

### §. LIII.

#### *Decimæ in usus profanos aversæ.*

Interim Rex Philippus Valesius semper  
propositum belli sacri præseferens, hoc **C. Nang.**  
ipso anno inspectis regni sui partibus lon- **p.767.**  
ginquis ad Papam Benedictum se con- **Vit. PP.**  
tulit cum suo filio Joanne Normanniæ  
Duce. Avenionem attigit 3 Martii die  
memorabili ob defectionem solis anno  
1336, scilicet anno 1337 ante Pascha.  
Papa & Rex remotis arbitris consulta-  
bant de itinere transmarino, quod anno  
priore Calendis Augusti fuisset ingre-  
diendum. Postea Rex Massiliam petiit,  
ut ibi & S. Ludovicum Tolosanum ad  
ipsius sepulchrum coleret, & classem ad  
maris transitum parari jussam inspi-  
ceret.

Angliæ & Galliæ Reges decimas ad  
bellum sacrum, quod non inibant, ab u-  
triusque regni Clero sibi solutas impen-  
debant

**Sæcul. XIV.** debant in bellum, quod inter se gerebant.  
**A.C. 1337.** Itaque Papa Regi Philippo scripsit in

**Rayn. 1337.** hanc sententiam: Procuratores, quos  
**n. 32.** ad Sacram misisti Sedem, tuo nomine,

ut scis, jurarunt te decimas ab ea ti-  
 bi ad iter transmarinum concessas non  
 alios in usus conversurum esse. Si  
 jam ageres contrarium, & illas pecu-  
 nias in alia bella præfertim contra  
 Christianos infumeres: considera præ-  
 ter offensam & vindictam Dei tibi me-  
 tuendam, quis de te nobisque sermo  
 foret, quia hanc tibi gratiam secreto  
 & sine consilio Cardinalium facere haud  
 possemus. Nunc patet, diceret Cle-  
 rus, quomodo nos deludant Papa &  
 Rex, cum hæc pecunia ad terram sa-  
 cram ethnicorum manibus eripiendam  
 destinata ad fundendum Christianorum  
 sanguinem adhibetur. Atque si se  
 offerret occasio transmittendi mare, &  
 Sacra Sedes alias imperare decimas  
 vellet, derideret nos Clerus, & nega-  
 ret eas melius quam priores impen-  
 sum iri. Dabat 4. Apr. 1337. Con-  
 querebatur pariter de malo decimarum  
 usu in Anglia & Lusitania.

**Rayn. n. 21.**

**25.**

§. LIV.